



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771


VD18 90118561

§. 1. Prima Synodi Congregatio post Sessionem duodecimam habita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBER CXLVII.



JULIUS III. PONT. MAXIMUS,
CAROLUS V. OCC. IMP.

§. I.

Prima Synodi Congregatio post Sessionem duodecimam habita.

Altera, post sessionem duodecimam die, seu secunda Septembris generalis habebatur conventus, in quo Crescentius Legatus præprimis

Hist. Eccles. Tom. XII. A con-

Sæcul. XVI.
A.C. 1551.

*Pallav. hist.
Conc. Trid.
l. 12. c. 1. n. 1.
& seq.*

Sæcul XVI controversam circa Eucharistiam quæ-
 A.C. 1551. stionem omnino dirimi voluit, eo quod
 ad illa doctrinæ capita, quæ prius Tri-
 denti, ac Bononiæ fuerunt agitata,
 sequeretur. Ergo decem proponuntur
 Raynald ad
 ann. hunc n.
 39. & 40. articuli ibidem discutiendi, atque in
 alia Congregatione die octavo ejusdem
 Mensis habita Theologi suas quisque
 proferunt sententias: Præ ceteris vero
 primi dixere Jacobus Lainius, seu Lai-
 nez, & Alphonsus Salmeron Pontificii
 in Concilio Theologi. Deinde sua pro-
 mebant judicia Joannes Arza Cæsareus
 Theologiæ Doctor, & suo demum ordine
 reliqui.

§. II.

*Articuli controversi in Congregationi-
bus propositi.*

Pallav. n. 2.
 Psalmæus in
 ait. Conc.
 Trid. p. 228. Extrahebantur hi articuli ex Zwinglii,
 Lutheri, aliorumque Sectatorum
 doctrina, atque hæc in dicendis senti-
 tiis ratio Theologis præscribebatur. I.
 „ Illæ ex Sacris litteris, ex Apostolicis
 „ traditionibus, ex Conciliis approba-
 „ tis, ex Constitutionibus, ex auctori-
 „ tate summorum Pontificum, e SS.
 „ Patribus, ex communi Ecclesiæ Ca-
 „ tholicæ consensu colligantur II. brevi-
 „ tatem servant, & a quæstionibus su-
 „ pervacaneis, & inutilibus, atque a
 „ protervis contentionibus abstineant.
 „ III.